

cum reliquis gummi partibus in unam massam cocat.

GUMMI quodvis facillè liquefcens, quale est galbanum, etiam purificari potest immittendo in vesicam bubulam, tenendoque in aquâ bulliente, donec adedò molle fiat, ut per pannum cannabinum a sordibus prelo exprimatur.

MILLEPEDARUM PRÆPARATIO.

MILLEPEDAE panno cannabino rarioti incluxæ suspendantur in vase clauso super spiritum vinosum calefactum, ut a vapore necatæ friabiles reddantur.

CONSERVÆ.

CONSERVÆ

FOLIORUM Cochleariæ hortensis,

Lujulæ,

Menthæ vulgaris,

Rutæ,

SUMMITATUM Absinthii maritimi;

FLORUM Lavendulæ,

Malvæ,

Rorismarini,

Rosarum rubrarum immaturarum;

FLAVENDINIS Corticum aurantium Hispanensium.

FOLIA ex pediculis, floresque ex calycibus decerpe, flavëdinem corticum aurantium ra-

B 5

dulâ

dulâ abrade; tum singula pistillo ligneo con-
runde in mortario marmoreo, primùm per se,
deinde cum sacchari purissimi triplo pondere,
donec optimè misceantur.

CONSERVA FRUCTUS CYNOSBATI.

℞. Pulpæ fructûs cynosbati maturi p. libram
unam, Sacchari purissimi P. uncias viginti.

MISCEANTUR, ut fiat conserva.

CONSERVA PRUNORUM SILVESTRIUM.

PRUNA in aquam immisâ super ignem im-
pone, ut mollescant, cautione adhibitâ, ne
rumpantur; dein, exemptis ex aquâ prunis,
pulpam exprime, et triplo pondere sacchari pu-
rissimi misce.

CONDITA.

RADIX ERYNGH CONDITA.

RADICES coque, donec cortex facilè au-
ferri possit; tum, eo ablato, per medium scin-
dantur radices, & medullâ exemptâ, ter
quaterve aquâ frigidâ abluantur: deinde in sin-
gulas radicum libras accipe sacchari purissimi li-
bras duas; quod aquâ liquatum igni impone,
& cum primùm bullire incipit, injice radices,
& coque, donec tenerescant.

EODEM modo condiuntur Angelicæ caules.

COR-